



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

IX. De Sponsalibus & Matrimoniis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

## DE EXTREMA VNCTIONE.

## TITULUS VII.

**Q**uartum Sacramentum est Extrema U-  
nctio, quod infirmo, de cuius morte time-  
tur, tantummodo exhibetur. Nam & hinc  
Sacramentum excusantium appellatur, Conc. Flor. d.  
loco in § quintum, juncto Trid. sess 14, cap. 3, in doctr. de  
Sacram. extr. Vnct.

## §. 1, De materia hujus Sacramenti, Ministro, forma.

Materia hujus Sacramenti est oleum olivarum per  
Episcopum benedictum, Conc. Florent. & Trid. d.  
loco cap 1, Minister vero, Presbyter, sive Episco-  
pus sit, sive alius Sacerdos ab eo rite ordinatus,  
Concil. Trid. d. loco cap 3, can illud dist. 95, qui infirmi  
oculos, aures, narces, os, manus, pedes & renes,  
hoc sacro oleo iungit, adhibet a hac verborum  
formula: *Per istam sanctam unctionem & suam pri-  
mam misericordiam indulget tibi Dominus, quidquid  
par vixum, &c. & similiter in aliis membris, Conc.  
Flor. eod. §. quintum. a*

§. 2, Religiosi hoc Sacramentum conferant.

Interdictum vero Religiosi est, ne hoc Sacra-  
mentum Clericis aut laicis conferant, absque  
speciali licentia Presbyteri parochialis, sub ex-  
communicationis poena ipso facto incurrande  
cujus & absolutio S. Pontifici reservata est, cap.  
in princ. juncto § fin. *De privil. in Clement.*

## NOTATIO IN Tit. 7.

a Honestatis tamen ratio postulare videtur in fiem-  
nia, ut res non ungantur. Bellarm. de exir Vnct. cap. 10

## DE ORDINIS SACRAMENTO.

## TITULUS VIII.

## De Sacramenti Ordinis Materia, Forma, Ministro, Effectus.

**S**extum Sacramentum est Ordo; cuius materia  
est illud, per cuius traditionem confertur Or-  
do; sicut Presbyteratus traditur per calicis cum  
vino, & patenæ cum pane, porrectionem: Diaeo-  
natus vero per libri Evangeliorum dationem:  
Subdiaconatus per calicis vacui cum patena va-  
cua superposita traditionem. Et similiter de aliis  
per rerum ad ministeria sua pertincentia affig-  
nationem. Forma Sacerdotii talis est: *Accipe po-  
nestatem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro vivis &  
mortuis, in nomine Patris, & Fili, & Spiritus Sancti.*

Et sic de aliorum Ordinum formis, prout in Pen-  
ticipal Romano latius continetur, Conc. Flor. in  
instruct. Arm. de hoc Sacram. in § sextum, addit. quod dixi  
tit. de Ordinib. & gradib. §. 1, Minister est Episcopus,  
& interdum Abbas quoad minores Ordines, vide  
sup tit. Qui Ordines Ecclesiast. § fin. Effectus est aug-  
mentum gratiarum, ut quis officiat idoneus ad ob-  
eundum ministerium Ecclesiasticum, Conc. Flor.  
d. loco, De numero Ordinum alibi reculimus, sup  
tit. de Ordinib. & gradib. Clericorum.

## DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS.

## TITULUS IX.

## §. 1. Matrimonii materia &amp; forma.

**S**extimum & postremum Sacramentum est  
Matrimonium, quo vir & mulier individuæ  
vita coniunctio conjunguntur, de quo la-  
tius inf. eod. §. Est autem matrimonium 20, cum seq.  
Cujus materia est consensus contrahentium: For-  
ma, ipsa verba vel alia signa consenserunt expon-

mentia, per test. in cap. Tuannos 26, Exi. De sponsa-  
lib. ac notac ibid. Panorm. Navar. in Manuscr. 11,  
num. 20, a Sed quia sponsalia ut plurimum pra-  
cedere solent matrimonium, idcirco prius de  
sponsalibus dispiciamus.

§. 2. Spousa.

## §. 2. Sponsalia quae &amp; unde dicta?

Sunt autem sponsalia futurorum nuptiarum promissio, can. nostrates xxx. quæst. 5. dicta à sponsando, quod moris fuerit veteribus stipulari & spondere sibi uxores futuras. Unde & sponsi & spouse appellatio nata est, l. 2. & 3. D. De sponsalib. b.

## §. 3. Consensum nudum sufficere in sponsalibus contrahendis.

Receptum tamen est, ut & audo consensu quoque modo expresso, sive per se, sive per alium, sive per epistolam sponsalia recte contrahantur, l. Sufficit 4. cum l. seq. & l. fin. D. d. qm. c. unico fin. De de sponsat. impub. in s. Qui consensus & co calu intercedere intelligitur, ubi parentes nomine filiorum, sive puberum sive impuberum, praesentium & non contradicentium, sponsalia contrahunt, d. § fin. & l. In sponsalibus 7. l. Sponsalia 11. cum l. seq. eod. Ita ut hoc casu Regula locus sit. Qui tacet, consentire videtur, e. Quid taceat De reg. jur. lib. 6.

## §. 4. Absentem absenti de sponsandi posse.

Cui etiam consequens est, absentem absenti de ponderari posse, dummodi scientibus ipsis auctoritate ratum habentibus, d. l. Sufficit cum l. seq. & d. cap. unico §. fin. Ratihabitionem retrotrahitur, & mandato comparatur, e. Ratihabitionem De R. lib. 6. & l. fin. Cod. Ad SC. Maced.

## §. 5. De sponsalibus puris &amp; conditionalibus, &amp; eorumdem effectus.

Sed & sponsalia puræ, & sub conditione contrahi possunt, cap. unico De sponsalib. in 6. Puræ bis verbis vel similiis, Ego te accipiam in uxorem; &c., Ego te in maritum, & penitus. Ext. De sponsalib. Sub conditione, hac vel simili forma: Ego te in uxorem accipiam, si tantum donaveris; vel, si patri placuerit; &c. mulier utroque casu assentietur, cap. 3. &c. § Ext. De condit. appos. & d. c. unico De sponsalib. in 6. Et pr. ora quidem sponsalia perfecta sunt ab initio, & publicæ honestatis justitiam inducunt, d. cap. unico circa prime. De iustitia publica honestatis vide inf. de affinib. §. in affiniam, cum ieqq. posteriora non item, nisi eveniente conditione, d. cap. unico §. fin. aut nisi postea consensus de presenti, aut copula carnalis inter sponsum & sponsam subsecuta fuerit. Nam his duobus casibus censemur ambo a conditione recessisse, & in matrimonium consensus, d. cap. & §. cap. 6. De condit. appos. cap. 1. sequit. &c. Ext. De sponsalib.

Adhibita tamen moderatione Concilii Trident. de matrimonio clandestino, de quo infra ut. De clam. contrah. matrim.

## §. 6. De aente contrahentium sponsalia.

Etas vero contrahecentium sponsalia ut minimum septenno esse debet, cap. Literas & cum cap. seq. cap. Ad dissolvendum 13. Ext. De depon. impub. & l. In sponsalibus 14. in fine, D. De sponsalib. cum hac rete, ut pote superata infantia, judicium aliquod animi prius in isti contrahentibus, l. Si infanti 18 in prime. junctat. §. C. De jure delib. Ante contracta sponsalia nullius momenti sunt, d. c. Literas cum familiib. ante alleg.

## §. 7. De sponsalibus duorum in instantium, vel alterius.

Quo spectat illud Bonifacii VIII. Si infantes, inquit, ad invicem, vel usus major septenno, & alter minor, sponsalia contraherint, ipsi, vel parentes pro iis, nisi per cohabitationem eorum mutuam, seu alias verbo vel facto ipsorum liquidò appareat, eisdem in eadem voluntate factos maiores septenno perdurare; sponsalia hujusmodi, quæ ab initio nulla erant, per lapsum dicti temporis minimè covalescunt: & id est, cum sint nulla ratione defectus consensus, publicæ honestatis justitiam non inducunt, recte est in cap. unico in prime. De depon. impub. lib. 6.

## §. 8. Effectus sponsalium.

Ubi autem sponsalia legitimè contracta sunt, ea statim obligatio nascitur inter sponsum & sponsam contrahendi matrimonii, ut ad contrahendum judicis auctoritate alter ab altero constringi possit, c. De illa 7. Ext. De depon. impub. c. Ex literis 10. D. De spons. quia grave est fidem fallere, l. 1. D. De cens. pecun. Iotelli: ge autem de puris sponsalibus, aliud in conditionalibus, ut infra eod in §. quatuor 13. non tamen plaus cogi; cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere. Ext. rescripto. Lucii III. in c. Requisitum 17. Ext. De sponsalib. d.

## §. 9. Casus, quibus sponsalia imponè dissolvuntur; &amp; primùm per matruum dissolumentum.

Sunt tamen casus, quibus imponè à sponsalibus discessunt; quorum primus est, si id mutuū consensu fiat sponsi & sponsar. sicut innocentius

M. m. m. 3 III.

III. rescriptis Episcopo Exonensi, cuius habet verba suu: præterea hi, qui d. matrimonio contrahendo purè & sine omni conditione fidem dedecunt, commoneadi sunt & modis omnibus inducendi, ut præstitam fidem observeant. Si autem se ad invicem admittere voluerint, ne forte dererius inde contingat, ut talium scilicet ducatur, quam odio haber, viderur, quid ad instar eorum, qui societatem interpositione fidei contrahunt, & postea eamdem sibi remittant, hoc possit in patientia tolerari, text. est in c. 2. De sponsalib.

§. 10. *Dospensalibus impuberum, quando dissensu solvantur.*

Idque in sponsalibus inter puberes contractis. Ceterum si uterque impubes sit, vel alter eorum, sponsalia utriusque dissensu posse solvantur, sed tum demum, ubi puberes facti sunt; hac enim specie, vel solo ipsius dissensu, qui pubes factus est, sponsalia distrahabantur non exspectato altero sive pubere sive impubere, cap. De illis 7. cum cap. seq. Ext. De sponsal. impub. Nisi forte sponsalia jurando confirmata essent; quo casu & alterius dissensum requirent, c. Ex literis 10. Ext. De sponsalib. 2.

§. 11. *Sponsalia dissolvi ob discessum alterius.*

Alter casus est dissolviendi sponsalia; si sponsus, imprudente sponsa, in remotiores partes se contulerit cap. De illis 5. Extravag. De sponsal. Cum enim eo ipso sponsus videatur ex parte sua renuntiasse sponsalibus utique & sponsæ eadem potestas renuntiandi facta, intelligitur, argum. §. ix iis autem animalib. Insit. Derer divis.

§. 12. *Sponsalia solvi ob lapsum temporis appositi.*

Tertius est; si tempus contrahendi matrimonii convenit inter sponsum & sponsam claram sit, cap. Sicut 2. Extra De sponsalibus. Siquidem hoc tempus cum restringenda obligationis causa adiectum sit, ultra protendit non deber contra mentem contrahestium, l. Non omnis D. Sic cert. pat. l. fin. Cod. De non numer. pecun.

§. 13. *Item ob defectum conditionis.*

Quartus: si conditio sponsalibus etiam juratis adjecta, puta, si tantum dederis, vel, si pater consenserit, impleta non sit, cap. 3. Ext. De condit. appos. Quæ

enim sub conditione promittuntur, non anteponuntur obligationem, quam si conditio extiterit, § exconditionali iust. De verb. oblig. l. Cedere diem 113. D. De verb. signif.

§. 14. *Item ob professionem Religionis.*

Quintus casus est: Si ab utroque, vel ab altero sponsorum, professio Religionis emissa fuerit. Si enim matrimonium nondum consummatum per copulam, Religiovis ingressu dirimitur, cap. 1. o. Explico 7. cap. Ex parte 9. Ext. De convers. conjug. multo magis sponsalia, facit l. Oratio 16. D. De sponsal.

§. 15. *Item ob susceptionem sacri Ordinis.*

Sextus est: Si sponsus sacrum Ordinem, saltem subdiaconatum, receperit. Idque hanc rationem habet, quod sacer Ordo planè oblitus matrimonio contrahendo, cap. 1. cap. 2. Ext. Quiclerii vel vocentes, c. 1. Ext. De cler. conjug. cap. unico De consang. & affin. in Clemente. Usque necesse est sponsalia in caduci casu, incident, argum. d. l. Oratio.

§. 16. *Per subsequens matrimonium dissolvit sponsalia.*

Septimus est: Si matrimonium cum alio tertio contrahatur, adeò licet sponsalia iurata sit, propter fortius vinculum, quod matrimonio iacet, cap. Sicut 22. &c. Si inter 3. Extravag. De sponsal.

§. 17. *Item per sequentem fornicationem, lepram, &c.*

Octavus est: Si alter fornicationem ad miserit, vel in lepram sive paraly sin incidet, vel oculos sive osnum amiserit, aut aliud quid surius in contraxerit. Nam & ex his causis a sponsalibus, licet iuratis, discedi potest, per text. in c. Quemadmodum 2. Ext. De jurejur. in c. fin. Ext. De conjug. lepros. Quippe in sponsalibus hæc conditio tacitè continetur, si res in eodem statu permanserit, d. Quemadmodum. y.

§. 18. *Item prepter affinitatem subsequentem.*

Nonus casus est: Si affinitas inter sponsum & sponsam intervenit; velut per concubitum sponsi cum matre, vel cum sorore ipsius sponsi. Cum enim propter affinitatem matrimonium impediatur contrahi, frustrè contenditur de sponsalibus, cap. Fraternitati 7. cum 2. seqq. Ext. Dicit qui cognovit consang. uxor. jungi inf. ist. De sponsalib. d.

§. 19. D.

## §. 19. De duplice genere sponsaliorum.

Ceterum hic meminisse oporteret, quæ basi-  
bus dicta sunt, pertinere ad sponsalia propriè di-  
cta, quæ de futuro appellamus, id est, in futurum  
tempus matrimonii contrahendi concepta; non  
autem ad sponsalia de præsenti, ut loquuntur Do-  
flos, subandi, consensu conjugali contracta, quæ  
verum matrimonium sunt, licet nondum con-  
summatum per concubitum, cap. Sicut 1. e. Si inter  
3. cum cap. seq. Ext. De sponsa duor. can. Qui de sponsa-  
tum 11. quæst. 2. Sed de matrimonio consequen-  
ter videamus.

## §. 20. Definitio Matrimonii.

Hæc autem Matrimonium, matis & feminæ  
coniunctio, individuam vitæ consuetudinem re-  
tineat, cap. Illud 1. Ext. De praesumpt. Eadem ferè defi-  
nitio à Iustiniano prodita est in Iust. De patri potest. Atque  
hæc coniunctio non tam corporum est, quam a-  
nimorum. Siquidem nuptias non concubitus, sed  
consensus facit, can. Sufficiat xxvii. quæst. 2. l. Nu-  
ptias; o. D. De R. I. Cum locum 14. cap. Tua 25. Ext.  
De sponsal. Unde nec dirimitur matrimonium solo  
consensu contraatum, per aliud subsequens cum  
alio matrimonium, licet carnis copulâ consum-  
matum, cap. 3. cap. fin. De sponsa duor. Et cap. penult.  
Ext. de sponsalib.

## §. 21. Consuetudo individua quæ in matrimonio.

Individuam vitæ consuetudinem non eam in-  
telligimus, quæ re ipsa individua & perpetua est;  
sed quoad mentem contrahentium (cum matri-  
monio ad tempus contrahi non possit, cap. fin.  
De condit appos. in verb. vel. donec invenimus.) Siqui-  
dem constat, hanc vitæ consuetudinem ex post-  
facto præter mentem contrahentium multis ex-  
causis interrumpi & dissolvi posse; ut puta, pro-  
pter adulterium & se vitam alterius conjugum;  
item propter ingressum Religionis, &c. ut in stra-  
latius explicabitur subite. De divortiis.

## §. 22. De varia inscriptione matrimonii.

Potè individua hæc marie & feminæ con-  
suetudo, quandoque matrimonii, quandoque con-  
iugii, interdum nuptiarum sive connubiorum nominaciam  
scribitur. Matrimonii, propter matrem, cuius  
principium manus versatur in procreanda & en-  
ducanda prole, cap. 2. Ext. De conversi insit. Conju-  
gii, quod per eam vir & mulier, uno quæsi jugo  
adstringantur, can. Cum initiatu. xxvii. 2. No. 2.

ptiarom, quod pueræ, ut Ambrosius testis est, in  
matrimonium ductæ olim pudoris gratiâ obnu-  
beabantur, can. Ne illud xxx. quæst. 5. Quo & signifi-  
cabatur, viris eas obedientes subjectasque esse o-  
potere, can. Fæminæ xxx. quæst. 5. Catech. Rom. de  
Sacram. matrim. num. 2.

§. 23. Nuptiarum nomine interdum accipi solem-  
nites matrimonii.

Interdum nuptiarum nomen alio trahitur; vi-  
delicet, ad denotandam illam solemnitatem &  
hilaritatem, quæ matrimonii celebrandi causâ  
adhiberi solet. Quâ significatio loquuntur sa-  
cri Canones, cum certis temporibus nuptias pro-  
hibeant, in cap. Capellanus 4. Ext. De seru. can. Non o-  
portet cum + seqq. xxxiiii. quæst. 4. Alioqui nuptiae  
pro contractu matrimoniali sumpta, numquam  
interdictæ sunt, ne quidem Quadragesimali tem-  
pore, d. cap. Capellanus, ubi vide Panorm. & alios.

## §. 24. De secundo &amp; ultimo matrimonio.

Neque tantum permititur primum iniri ma-  
trimonium, sed & eo morte alterius conjugum,  
vel alia de causa dissoluto, vide inf. De divort. se-  
cundam, tertium, quartum, quintum. & ulterius  
matrimonium, can. Aperium cum 2. seqq. xxxi. quæst.  
1. cap. penult. & ult. Ext. De secund nupti aedò ut & ip-  
se mulier intra annum luctus mariti defundi du-  
bens, nullam infamiam incurrat; d. cap. penult &  
ult licet contraria sententia jus Civile, l. 1. & 2. Ced. De  
secund nupti l. 1. D. De his quinot. infam. quod hac in  
re merito persacros Canones abrogatum est, d.  
cap. penult. & ult. ex sententia di vi Pauli: Mulier al-  
ligata est (inquit) legi, quanto tempore vir eius vivit;  
quod si dormierit vir eius, liberata est; cui vult nubat,  
tantum in Domino, 1 Cor. 7. Hoc tamen adjecto, ut  
vir vel mulier ad alterum matrimonium convo-  
lans, non benedicatur a Presbytero, propter be-  
nedictionem, quæ prioribus nuptiis adhibita fuit,  
cap. 3. Ext. De secund. nupt.

## NOTATIO IN TIT. 7.

a. Florent. 1. C. i. 1. D. De sponsalibus, vocat  
sponsalia mentinem & re promissione futuratum nup-  
tiarum: non inconciunè; quæsi re promissio denotes  
reciprocam sive mutuam promissionem, quæ hinc inde-  
fit inter sponsum & sponsam. Et hoc, inspectatione  
nomini, l. 2. D. codem, alioquietiam hodie consen-  
su quo-

su quoquo modo expresso sponsalia recte contrahuntur, ut in § seq.

b De materia & forma matrimonii vide varias sententias Auctorum apud Gregorium de Valentia tomo 4. Comm. Thnolog. Disp. 10. quæst. 1. puncto 6. de matrimonio. Vbi assertum hanc communem esse sententiam Canonis. quid matrimonii materia sit mutuus consensus contrahentium; forma, ipsa verba consensum exprimentia. Quæ sententia verissima est, & conformis cap. Tu x nos 26. & ibi Glos. Ext. De sponsalib. Intelligendo tamen per verba, etiam signa vel alia indicia consensum exprimentia, que verborum vicem supplet, cap. Cum apud 13. Ext. De sponsalib. Unde consequens est, ministerium sacramenti matrimonii esse ipso contrahentes cum ad ministerium propriæ fæcet verba forma pronuntiari. Bellarm. de matrimonio. Sacram. lib. 1. c. 6. vers. Ex his patet.

g. Nisi malitia etatem supplet, ut in specie cap. 3. Ext. De sponsalib. De quo latius ibidem apud Dd. & Did. Covarr. in 4. Decretal p. 1. cap. 2. De sponsalib.

d Et sic facile conciliatur cap. Ex literis 10. & cap Requisitivis 17. Ext. De sponsalib. quorum priore per censuram Ecclesiasticam sponsus cogitabit ad contrahendum matrimonium; posteriorē minime: ut illud exaudiatur, ubi nulla causa subest, cur cogi non debat. Nam præcavitione fieri, ut facile ex nolente fiat volens, arg. text. sing. in can. Vides xxi. 1. quæstionem 6. Ceterum, si causa subest, putat, si unus alterum ita exhortaret, ut verisimile sit difficulter futurum exitum matrimonii; tunc obstinendum esset à censura: & sic posterius cap accipientem est.

c. Ex hoc §. constat, sponsalia voluntate sponsi & sponsa dissolvi posse, instar societatis, que & mutuo sociorum consensu distracta habbitur. 1. Actio 6 6. §. diximus D. Pro socio. Idque ad eum, licet sponsalia juramento confirmata sint, ex sententia Panorm. & omnium DD teste Felino, ad cap 2 Ext. De sponsalibus. Quod in quilibet iuramento notandum & retinendum est, ut quoties iuramentum ad commodum alterius prestitum est, possit ab eodem remitti. Felino ad d. cap. 2 numero 33. Quo loco id latè persequitur & probat text. 10 cap 1 Ext. De jurejur. Adde D. Thom. in 2. 2. quæst. 89. art 9 ad 2. & Navarr in Manuali cap. 12. num. 25. Nec mouet text. in d. e. 1. ibi, commonendi sunt, & modis omnibus inducendi; quæ ex his verbis videatur colligi, id permitti quidem, sed non absque peccato, argum. c. Cum jam dudum 18. Ext. De præbendis Sed respondetur id intelligi debere, quod impune quidem & abs-

que peccato admittantur hac dissolutio sponsalium, interim malle summum Pontificem detestanda inconstituta causâ in re sancti momenti matrimonium poribus contrahi: ac proinde, ait, commonendi sunt, & modis omnibus inducendi, non autem compellendi. Atque hanc explicationem juvatur argum. in eod cap. 2. adductum à societat, qua sociorum consensu dissolvitur, ut anè probatum est.

z. Licet utrinque consensu solvantur sponsalia, ut præcedenti §. dictum est; is tamen consensu in minore ante pubertatem non admittitur, propter statutum inconstitutum: sapè enim continget impuberis contrahere, & sapè à contractu reculare. Is autem, qui ad pubertatem pervenit, non tenetur alterum expectare, qui adhuc impubes est, sed liberè à sponsalibus discedit: nisi juramentum intercesserit in sponsalibus, quod hanc obligationem inducit, ut tunc pubes factus non possit discedere absque alterius consensu, juxta ea, qua tradit Covarr. in 4. Decretal. p. 1. c. 5 §. 1 De sponsal. Quæ pertinent ad explicationem textus nosferi.

y. Idem judicium est de fornicatione spirituali, quæ seilacet alter ex sponsis in heresim vel gentilium labitur. Item si superior sit, vel ad peccandum alterum compellat. Nam cum ex his causis matrimonium contractum quod cohabitationem separetur §. Nonnumquam infiti. Deditur multò magis impeditur conatabendum; propter rationem text. in cap. Quemadmodum 25. Ext. De jurejur.

d. Præcedentes modi dissolvendi sponsalia exploratiæ sunt; quibus tamen adjici possunt capitales iniuriae, ex Hostiensin Summa hoc tit. §. si propter rationem, cap 2. & cap. Requisiti Ext. hoc tit. Explicit propos ad c. De illis autem num. 5. Ext. eod. Idem si fama si impedimenti Canonici inter sponsos ad contrahendum matrimonium, vel scandalum, cap. Cum 17. Ext. hoc tit. Idem si supervenerit cognitus legalis, §. fin. inf. De cogitatis. Idem si post contracta sponsalia huiusmodi quid eveniter si eimergerit, quod si processisset, non sufficient contracta sponsalia, secundum montem D. Thomas lib. 4. Sent. distin. 27. quem ita resert Navarr. in Manuali cap 2. num. 17. circa fin. Quod cogitatione non corerit; cum in generali si vos simpliciter obligatum non contineantur ea, de quibus verisimiliter non est cogitatum. 1. Obligatione generali 6. D. De pignor. l. 1. C. Quæ res pignori oblig. pol. 1. Silbertus 30. D. De oper libert & cap Veniens 16. Ext. De jurejur. Quod prudens iudex estimabit. Vbi & illud observandum, quod quando sponsalia ipso iure dissimuntur, vel ubi manifesta causa est dissolvendi sponsalia, non requiratur auctoritas iudicis circa dissolutionem; vel sponsalia sint clandestina; sed quod tunc scandalum cesset; aliis

alias exigitur sententia judicis, ex iis, quæ tradit Navar. d, cap. 22, num. 28.

1. Hac autem tempora Concilium Trident. sess. 24., cap. 10, de reformat. matrim. his verbis definitivit: Ad adventum Domini nostri Iesu Christi usque in diem Epiphaniae, & à feria quarta Cinerum usque in Octauam Paschatis inclusivè, antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obseruantur, in cunctis Synodus præcepit; in aliis vero temporibus solemniter celebrari permitti.

x Refert D. Hieronymus in epistola ad Geruntiam, Damas: temporibus fuisse Roma par conjugum, quorum alter virgines uxores seplerat, altera maritos virginis.

unum Nec obstat can. Hac ratione xxxi, q. 1, in quo secunda nuptia vocantur fornicatio. Nam licet canon à Gratiano in Decretum suum concessus est ex opere imperfecto, quod falso D. Chrysostomo inscribitur; quodq. vel euclidam hereticis, vel corruptum ab hereticis, sicut assertit Bellarm. de matrimonio. Sacrament. lib. 1, c. 9, Nam verum Chrysostomum aliter loqui docet annotatione postrema editiori Gregoriana adjecta ad d. can.

Hac ratione igitur hoc cap. rejiciendum est. Nec enim omnia capitula à Gratiano Decreto suo inserta, à nobis recipienda sunt, sed quatenus sunt de prompta expobatis autoribus, sicut latius supra ad tit. 1, notavimus.

## QVÆ IN CONTRAHENDO MATRIMONIO SPECTANDA.

### TITULUS X.

**I**N Matrimonio contrahendo tria hæc necessariæ spectantur, personæ, ætas, & consensus contrahentium.

#### §. 1. De personis contrahentium.

In personis hæc regula observatur: Quod domines ad contrahendum matrimonium admittantur, quibus à jure non est interdictum. Quippe editi prohibitorii est matrimonium, text. est in co. Cum apud 23. Ext. De sponsalib. Quibus autem interdictum sit, sequentibus Titulis explicabitur.

#### §. 2. De ætate contrahentium.

Quoad ætatem contrahentium, ea quidem ex annorum numero iuxta præscriptum juris Civilis, estimari solet, i. scilicet De nuptiis in princ. junctio sit i. scilicet. Quib. modis uiri finit. Ep. 3, Ext. De deßpons. impub. videlicet in maleculo decimoquarto anno, in fæmina duodecimo completo: sed rectius sacri Canones eam metiuntur ex pubertate, id est, ex vigore naturali, quo quis generare potest, adeò quod hic vigor prædictum annorum numerum non unquam antevertat, d. cap. 3, cap. 8, cap. 9, c. fin. De deßpons. impub. c. fin. Ext. De eo qui cognovit coniug. Et hoc cum accidit, dicitur malitia sive prudenter suppleret ætatem, scilicet juris Civilis, d. cap. 9, & fin. cap. unico §. 1, De deßpons. impub. in 6.

#### §. 3. De contractu impuberum.

Vnde si pubes & impubes, vel duo impuberis non proximi pubertati, & in quibus ætatem maioria non supplet, verbis consensum matrimonio-

lem experimentibus contrarerint, nullum inter eos erit matrimonium: usque adeò, ut ne quidem pubertate adveniente matrimonium convalecat; nisi per catnis copulam iubescutam, vel aliquem modum alium contrahentes eosdem cum ejusdem perseverancia voluntatis, ad pubertatis tempora pervenisse constiterit evidenter, text. in d. c. unico §. 1, c. A nobis 8, c. Astestationes 10, Ep. fin. Ext. De deßpons. impub. Licet alioqui illud matrimonium ita perperam contractum, juris interpretatione resolvatur in sponsalia de futuro, d. c. 10, Ep. fin. & d. §. 1, ut eo saltem modo contraetus valeat, quo valere potest, arg. l. Sitam angusti 13, De d. servitutib.

#### §. 4. Casus singularis, quo inter impuberis matrimonium permittitur.

Sed unus casus est, quo inter impuberis matrimonium toleratur, ex constitutione Nicolai Papæ Districtus, inquit, inhibemus, ne aliquis, quorum uterque vel alter ad ætatem legibus vel Canonibus determinaram non pervenerit, conjungatur: Nisi forte aliquâ urgentissimâ necessitate interveniente, utpote pro bono pacis, talis conjunctio toleretur, text. est in cap. 1, De deßpons. impub. & ibi Panorm.

#### §. 5. De consensu contrahentium matrimonium.

Jam quod attinet ad consensum contrahentium; is planè in matrimonio contrahendo necessarius est, cap. Tuano 26, in fine Ext. De sponsal. can Sufficiat xxvi, quest. 2, adeoque liber ab omnimeatu, c. Cum locum 14, Ext. De sponsal. cùm coactæ

Nuptiæ

nuptiæ